



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

De genere Vitæ deliberat. 18

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

pariam cupiebat. Habuere momentum ex preces. Continuo ædes claris fragoribus exsonare; & cubiculum aded cæpit impatienter tremere, vt vitrea quædam fenestra se ruperit. At loci tremoris fuit, nō IGNATHI: quem erectiorem cetera, hic etiam nūc metus angebat; quî pudicitiam de reliquo ab insidijs tueretur?

17 Talibus curis anxiū nō destituere oculi cælestes: & magna Virginum Regina pro IGNATIO in hanc formidinem pugnatuura prodijt; cū vigilati illi se suum que in complexu filium conspicuos dedit. Quo repente spectaculo mutatus, in promptu habuit, omnem dein' voluptatem constanter repudiare: atq; ab eodie, donec vixit, integritatem absque næuo traducere.

18 Iam illac-tenus exarserat, vt non contentus paruo, rationes iniret,

iniret, vbi tandem locorum, atque inter quos degere, consultiſſimum foret? certus aſſiduis corpus ſupplicijs conficere; & numini præter ceteros egregiè ſeruitutem ſeruire. Diu delibèratum eſt: cùm ille, quò iret, nondum inuento; reperit, vnde abiret. Ante omnia, placuit patriâ excedere, ætatemque reliquam ab neceſſarijs procul habere. Quare conſtituit profectio-  
ni diem.

19 Potuit ea res ſuboluiſſe aliquibus: certè fratrem natu maiorem aduertit; qui turbare conſilium aliquamdiu conatus minus nihilo profecit. Nec porro, vt decretum **IGNATIO** vidit, intercedere auſus; duobus famulis comitatum, ab ſe dimittit. Hic ille Ducem Naiaræum, quem viſeret, cauſtatus; ad montem **SERRATVM** intendit; celebri  
famâ